CHRISTOPHORI BESOLDI,

DISSERTATIO DE

STUDIOSIS, MAGISTRIS, LICENTIATIS, DOCTORIBUS:

Eorumq́; Privilegiis, & Immunitatibus.

Collegii Hybernorum Salmantini

TUBINGÆ,
Typis PHILIBERTI BRUNNI.

Anno M. DC. XXXI.

CAPUT I.

Depoſitio.

STUDIOSI, cumprimùm ad Academiam accedunt, vulgari Depoſitionis, quem vocant, ritu, quaſi initiantur. Id; quod ad ingenium cujuſque, naturam ac voluntatem explorandam, ad faſtum reprimendum, modeſtiamque ingenerandam, excogitatum fuiſſe videtur. Iacob Pontanus *progymn. Vol. 1. cap. 84. in annotat.* Iacob. Middendorp. *de Academ. lib. 1. cap. 16.*

Et initium forſan ritus ille cœpit, à cõſuetudine vetuſtiſſimâ Gymnaſii Athenienſis: ubi Novitii captioſis interrogationibus vexari, irrideri, miroque tumultu ac ſtrepitu, in Balneum per Forum deduci ſolebant. Quâ de re multa refert Gregorius Nazianzenus, in laudatione D. Baſilii Magni, quem, cum Byzantio veniret Athenas, propter opinionem probitatis & doctrinæ, quam jam tùm habebat

die ewigen Zeiten / in allem vnſerm Land / auff Waſſer / Feld / oder in Stätten oder Dörffern hinein zufůhren oder zutragen / durch ſich ſelbs oder ander / nach / oder vor S. Martins Tag / wie / Wem / oder an welchen Enden / ſie die kauffen / fůhren / tragen / oder beſtellen / gantz frey vnd ledig ſeyn ſollen: vnd von allen vnſern Zollern / Amptleůten / vñ andern / denen diß zu verordnen / vnd einzunemmen zuſtehet / ledig gezehlt vnd gelaſſen werden / ohne Widerred: allweg bey Pœn hundert Gulden / halb vns / vnd halb der Vniverſität verfallen. Außgenommen / was Gůter weren / die ſie jetzo hätten / oder fürter vberkämen / die nicht frey an ſie kommen werend / mit denſelben ſol es gehalten werden / wie mit andern dergleichen Gůtern / außgenommen / were / ob Doctor oder Magiſter der Vniverſität / Korn / Wein oder anders / deß jhren verkauffen wöllend / da ſollen ſie ſich mit dem verkauffen halten / wie andern die vnſern / vnd nicht höher beſchwehrt werden von Newem. Alles vngefährlich.

16. Scholares itidem, à muneribus perſonalibus excuſantur, & quidem tàm in propriâ Patriâ, quàm aliis in locis, in

C qui-

RESOLUTIO IVRIDICA Quæſtionis:

HABEATNE MAgnificus Dominus Rector, & Inclytum Academiæ Concilium, Vi authent. habita. C. ne fil. pro patr. *merum Imperium.*

PER

Joannem Jacobum Friſchen / J. U. D. & Supremi Dycaſterii Würtembergici Advocatum.

TUBINGÆ,
Typis PHILIBERTI BRUNNI.

ANNO M. DC. XXXI.

VIRO

Nobiliſſimo, Ampliſſimo,

DN. SAMUELI BANSOVIO, IURE-CONSULTO EXCELlentiſſimo, Conſiliario Würtembergico, Supremi Dycaſterii Aſſeſſori eximio, Patrono ſuo Colendiſſimo, Fautori maximo, Promotori ſingulari

ſubmiſſè ſe commendat

Johannes Jacobus
Friſch/ J. U. D.

A. † C.

RESOLVTIO Quæſtionis.

Competatnè Magiſtratui Academico merum Imperium?

CùM NIHIL ſit inter homines ſic indubitatum, quod non poſſit, licet ſit valdè juſtiſſimum, ſolicitam quãdam ſuſcipere dubitationem, atteſtante Imperatore noſtro glorioſiſſimo Iuſtiniano. *in Novell 44. cap. 1. verſ. & non fingat.* Haut enim Leges atque Senatuſconſulta ita ſcribi poſſunt, ut omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendant. *l. neq; leges 10. ff. de legib.* quapropter Iureconſultus Iulianus, illos, qui juriſdictioni præſunt, ad ſimilia ut procedant, & jus ita dicant, adhortatur *in l. non poſſunt. 12. ff. eod. tit.* Nam quoties lege unum